



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris.  
Theologia Universa**

**Archdekin, Richard**

**Dilingae, 1687**

Caput IX. Scientiæ Mathematicæ. Partes, Axiomata, Ortus, Auctores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38477**

bentis ne Andegavi doccantur aut sustineantur opinio-  
nes in principiis Cartesii fundatæ, quibus porrò injun-  
gitur istius loci Intendenti ut executioni manus adhi-  
beat: hæc ille fusius.

Exstat Decretum Romanum sacræ Congreg. Indicis,  
datum in Palatio Apostolico Quirinali anno 1663. in  
Indice Librorum prohibitorum sub Alexandre VII.  
quo decreto prohibentur &c. donec corrigitur vari  
libri Renati Cartesii, ut de prima Philosophia, & plu-  
ribus aliis ejus libris expressis in illo Decreto, cuius &  
hic exemplar habemus. Sed hæc haec tenus abunde pro  
utili notitia totius Philosophiae etiam modernæ.

## CAPUT IX

## SCIENTIÆ MATHEMATICÆ.

Partes, Axiomata, Ortus, Autores.

**P**Artes sunt: Geometria speculativa, & practica,  
Arithmetica, Algebra, Astronomia, Cosmographia,  
In sphæram, Astrolabium, Optica, Catoptrica,  
cylindrica, & Annularia, Architectura militaris, Ho-  
rologia solaria, & alia practica.

Ex Mathesi, quia Philosophia germana est, pauca  
hic Axiomata Geometrica ad aliquam ejus notitiam  
delibandam adjicio.

Quæ eidem sunt æqualia, & inter se æqualia sunt:  
*Est Euclidis, & seq.*

Quod uno æqualium majus, aut minus est, majus  
quoque aut minus est altero æqualium, & contra.

Si æqualibus addas æqualia, tota erunt æqualia.

Si ab æqualibus demas æqualia, quæ remanebunt  
erunt æqualia.

Si inæqualibus addas æqualia, tota erunt inæqua-  
lia.

Si ab inæqualibus tollantur æqualia, quæ remanent  
erunt æqualia.

Omnes Anguli recti inter se æquales sunt.

Parallelæ lineaæ communè perpendiculo utuntur.

Dux rectæ linea spatiū non comprehendunt.

Dux rectæ linea nequeunt habere segmentum com-  
mune: & omnes rectæ punctualiter se interse-  
cant.

Mathematicus abstrahit à Materia.

Indivisible additum indivisibili non facit majus.

Quolibet numero sumi potest major.

Omnis numerus scipsum metitur per unitatem.

Hæc sufficiant ad guttum aliquem hujus scientiæ,  
quam ejus Cultores ex Josepho Lib. 1. Cap. 3. tradunt,  
ut omnium antiquissimam originem duxisse ex nepo-  
tibus Sethi, qui celorum ordinem, & syderum cursus  
primi obseruaverint. Ex his autem post diluvium  
emanasse ad Assyrios & Chaldeos, postea ad Græcos,  
& præcipue excultam à Pythagora Philosophorum  
antiquissimo, uti & à Democrito, Platone, & Aristo-  
tele, & maximè ab Archimedè, quem humanæ subtili-  
tatis Apicem appellant.

Post Christum anno 70. Claudius Ptolomeus in A-  
stronomia summus, & admirandus fuit, quem per lon-  
gam temporum seriem secuti sunt alii, ac denum Eu-  
clides, cuius Scripta nunc præcipue in Scholis mathe-  
maticis traduntur, atque ante illum repertam esse ad-  
mirabilem illam artem quam *Algebram* dicimus, sed  
ab aliis recenter magis excultam, agnoscit noster An-  
draas Tacquet, qui & ipse in hac Provincia Flandro-

belgica non ita pridem eam Scientiam Scriptis illu-  
xit: uti & P. Georgius à S. Vincentio, ac P. Augustus  
Gottiez, qui & Rōme Mathesim multis jam anni  
summa cum laude publicè profitetur.

*Scriptores*: quidam alii in Mathesim tam antiquiores.

*Petri Herigonii*, Cursus Mathematicus in 6. Tomis  
in 8. partibus anno 1644.

*Francisci à Schooten* Exercitationum Mathematica-  
rum Libri 5. in 4. Lugduni Batavorum anno 1677.

*Gemma Frisius*, Lovan. de Principiis Astronomia  
Ejusdem Cosmographia in 4. Antwerpia anno 1584.

*Guidi Vbaldi*, Problemata Astronomica, Venetiæ  
anno 1609.

*Iohannus de Sacro-bosco Sphæra*, cum Scholis Jun-  
ni, in 4. Antv. anno 1573.

*Ismaelis Bulliardi*, Astronomia Philosophica, Par-  
tis anno 1645.

*Roberti Flind*, Microcosmus & utriusque Cosmi-  
storia, anno 1619.

*Christophori Clavii Germani* ex Soc. JESU Operum  
Mathematicorum Tomi 4. anno 1612. Ex eadem, Soc.

*Andrea Arzeti Germani*, Clavis Mathematicæ, anno  
1675. *Bernardini Ginnari* Itali, Tabulae perpetuum  
rurum ortus & occasus solis, anno 1617. *Crisophini  
Scheineri*, Germani, Disquisitiones Mathematicæ, &  
Controv. novis, anno 1611. *Godefridae Fraudini*  
Prov. Flandro-belgicæ, Problematæ opticae, anno  
1630. *Theodori Moreti* ejusdem provincie, Antwerp.  
Propositiones Mathematicæ de Celeri & Tardo, Natura  
& Armorum, anno 1635. *Hagonis Sempli*, Scotti,  
*S. J.* de Mathematicis disciplinis Lib. 12. & Diction-  
arium Mathematicum, anno 1654. *Iohanni Lanz*, Ger-  
mani *S. J.* Institutionum Arithmeticarum Libri 2. anno  
1638. *Iosephi Blancani*, Itali *S. J.* Difseratio de Mu-  
thematicarum natura, sphæra mundi, &c., anno 1614.  
*Matthæi Ricci*, Itali *S. J.* Cosmographicæ, & Astro-  
logicæ preceptiones &c. anno 1610. *Andreas Tacquet*  
Antwerp. de quo supra, in Mathesim ferè univer-  
sita opera exquisitissima in 8. *Francisci Aguilonii* Brus-  
elias Soc. JESU, Opticorum Libri 6. Obiit Antver-  
pia anno 1617.

## CAPUT X

## THEOLOGIAE UNIVERSÆ.

Partes, Ordo, Materie, prout in cursu Theologia  
per singulos annos distribuuntur.

**T**Heologia prout in Scholis nunc usurpata, primum  
ferè originem, & ordinem accepit a *Petrus Lombardo*, qui dicitur, Magister Sententiarum. Fuit hic  
vir eximie doctus, Universitatis parisiensis decus, &  
oraculum, natus in Lombardia, inde dictus Petrus  
Lombardus, postea creatus Episcopus parisiensis: obiit  
ibidem anno 1164. Scriptis & digestis Theologiam in  
Quatuor Libros Sententiarum, quos varii intra re-  
rendi suis Commentariis illustrarunt. Sed nemo clarus  
& illustrius quam *D. Thomas Doctor Angelicus*, qui pre-  
terea edidit suam summam Theologicam, excellens  
ordine & methodo digestam in Primam partem, Me-  
diæ secundæ, Secundam secundæ, & Tertiæ  
partem, quem ordinem jam passim Scholæ sequuntur.  
Vixit & floruit centum circiter annis post Lombardum  
Obiit